



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres**

**Schevichavius, Gisbertus**

**Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.**

Cap. LXXI. Hæretici Cantvm Damnant & vsurpant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42349**

fidebimus ſuſcipientes, & retinentes, habemus grā-  
tiam, qua jugiter Deo cum pudore & metu ſerviamus,  
& bene multumq; placeamus. Pudentes & verecun-  
dos filios amat pater ſimiliter & Deus, quo coram nos  
pudere debet, q̄ tam frigide & negligenter infinita il-  
lius majeſtati ſerviamus & obſequamur. 2. q̄ peccatum  
rem probroſiſſimam committimus. 3. quod non ma-  
gis formidemus à Chriſto confundi in iudicio: cum  
tamen Deus noſter ignis punit, vrit, conſumit eos, qui  
carent hoc ſuo metu & reuerentia. *Psalm. 43. v. 16. Tota  
die verecundia mea contra me eſt, & confuſio faciei mea coope-  
ruit me. Baruch. 1. verſicul. 15. Domino Deo noſtro iuſtitia,  
nobis autem confuſio faciei noſtræ. Peccauiſus ante Dominum  
Deum noſtrum &c. v. 17. Tibi Domine iuſtitia, nobis autem con-  
fuſio faciei.*

### De Cantu Eccleſiaſtico.

C A P. LXXI.

#### HÆRETICI CANTVM DAMNANT & vſurpant.

§. **Q**uemadmodum in ſuo de Divinatione libello re-  
ctiſſimè ſcribit Latinus Orator Cicero: Ne ſcio  
quomodo nihil tam abſurdè dici poteſt, quod non dicatur ab a-  
liquo Philoſophorum. Sic & nos affirmare poſſumus nul-  
lum eſſe tam fœdum in Chriſtiana fide errorem, quē  
non aliquis hæreticorum propugnauerit, ſed non mi-  
rum: excœcavit enim illos malitia eorum, vt nec meri-  
dianam veritatis lucem intueantur. Eccleſiaſticum  
Cantum non ſolum antiquitus, & longus vſus, pluri-  
ma etiam commoda probarunt, ſed etiam ſacra Con-  
cilia, S. Patres, & vtriuſque tam veteris quàm noui in-  
ſtrumenti paginæ valdè commēdarunt, & tamen non  
defuere Sectarii, qui illum improbarunt, & Eccleſiam  
eliminare & proſcribere laborarunt. *S. Auguſtin. libr. 2.  
Retraſſ.*

*Qui cantū  
reprehen-  
derunt.*

*Retract. cap. 11.* Hilarius quidam vir tribunitius laicus Catholicus, inquit, nescio unde aduersus Dei ministros, vt fieri assolet, irritatus, morem qui tunc esse apud Carthaginem ceperat, vt hymni ad altare dicerentur de Psalmorum libro, siue ante oblationem, siue cum distribueretur populo, quod fuisset oblatum, maledica reprehensione, vbicunque poterat, lacerabat: asserens fieri non oportere. Huic respondi iubentibus fratribus, & vocatur liber ipse. Contra Hilarium. Sed hoc præclarum S. Augustini monumentum, vt & aliæ ejus lucubrationes, magno Ecclesiæ dispendio interiit.

§. In eundem errorem abrepti fuere Henricus & Petrus Brui, & horum æmulatores Henriciani & Petrobrusiani Nouatores, quos *cap. vltimo sue ad omnes Episcopos data epistola* confutat V. Petrus Abbas Cluniacensis. Ioannes Wicleff vt errorem errore cumularer, non modo cantum, sed etiam vocem paulo elatiorem in precibus reprehendebat, & Clericos in templis canentes cum Sacerdotibus Baal comparabat. Hunc refellit Thomas Waldensis tom. 3. libr. 2. Magdeburgici Centuriatores cent. 9. cap. 6. col. 279. cantum improbant, & idcirco Sacerdotes Catholicos Baaliticos appellant, qua in re Lutheriani & Calviniani suos Patriarchas Arrianos imitantur, qui Catholicorum cantum damnabant, vt testis est S. Ambrosius in oratione de tradendis Basilicis, cum ipsi canendis hymnis operam darent, vt narrat Socrates lib. 6. hist. cap. 8. & ipsi nostri Nouatores in suis conciliabulis magno Psalmorum sonitu & fragore aures complerant.

*Hi al'ud dicunt aliud faciunt de quo & lupus conqueritur.*

